

*Sarzonae, ubi fuit Luna (Notizie 4890 p. 577). — 1) Nescio an et delendum sit. — 2) v. c. (viro clarissimo) hic positum, propterea quod Constantius ad administrationem Tusciae et Umbriae provectus primum clarissimum adeptus erat, cum antea in perfectissimatu substitisset.*

---

**1253** Cludio Octavian[*o*]<sup>1</sup> | v. c. pontific[*i*] | maiori, consuli<sup>2</sup> | Pannoniarum | secundae post | presides (*sic*) primo, | vicario urbis | Romae, | comiti | ordinis primi, | ordo Boviane[n]sium patrono | iam privato.

*Boviani in Samnio (IX 2566 vidit Mommsen).* — 1) *Idem fuit etiam proconsul Africae, sub Iuliano et Ioviano, cf. supra N. 736; periisse videtur a. 574 (Amm. 29, 3, 4).* — 2) *Debuit esse consulari.*

---

**1254** Fl. Sallustio v. c. | cons. ordinario<sup>1</sup>, | praef. praet.<sup>2</sup>, comiti | consistorii, vicario | urbi Romae, vicario | Hispaniarum, vicario | quinq. provinciarum, | pleno aequitatis | ac fidei, ob virtutis | meritorumq. gloriam | missis legat. ius. sac.<sup>3</sup> | Hispaniae dicaverunt. (*In latere*) dedicata V kal. Iun. | divo Iovano Aug. et Varronian[*o*] | coss.<sup>4</sup>

*Romae in foro Traiani (VI 4729 descr. Bormann).* — 1) *A. 363 cum Iuliano.* — 2) *Scilicet Galliarum a. 561 seq. (Ammian. 21, 8, 1. 23, 1, 1. c. 5, 4).* — 3) *Missis legis iussione sacra.* — 4) *A. 564.*

---

**1255** Saturninio Secundo<sup>1</sup> v. c. | praesidi provinciae Aquitanicae, | magistro memoriae, comiti ordi|nis primi, proconsuli Africae, item | comiti ordinis primi intra con|sistorium et quaestori, praef. | praetorio iterum, ob egregia | eius in rempublicam merita dd. nn. Valentinianus et | Valens victores ac triumfa|tores semper Augusti | statuam sub auro consti|tui locarique iusserunt.

*Romae basis effossa saec. XVI e foro Traiani, dudum periit (VI 4764 ad exemplum accuratum Nicolai Florentii).* — 1) *Hic est Secundus praefectus praetorio (Orientis), ad quem non pauca rescripta leguntur in codice Theodosiano a. 362—364, auctor imperii in Valentinianum conferendi (Philostorg. 8, 8), ab Ammiano semel appellatus Secundus Sallustius (22, 3, 1), saepius ab eodem, item a Zosimo (5, 56) Sallustius tantum (Sallustii nomen potest periisse in plintho basis); ab eodem positus est a. 363 titulus supra N. 734. Cf. Tillemont Julian. not. 5.*

---

**1256** Hymetii. — | ... Iulio Festo Hymetio<sup>1</sup> c. v., | correctori Tusciae et Umbriae, praetori urbano, | consulari Campaniae cum Samnio, | vicario urbis Aeternae<sup>2</sup>, proconsuli | provinciae Africae<sup>3</sup>, ob insignia eius | in rempublicam merita et ob depulsam | ab eadem provincia famis et inopiae vastitatem | consiliis et provisionibus<sup>4</sup>, et quod caste | in eadem provincia integreque versatus est, | [qu]od neque aequitati in cognoscendo | neque iustitiae defuerit, quod studium | sacerdotii provinciae restituerit | ut nunc a competitoribus adpetatur | quod antea formidini fuerit<sup>5</sup>: ob quae eadem | provincia Africa, decretis ad divinos principes | dominos nostros missis | Valentem Gratianum et Valentinianum<sup>6</sup> | perpetuos Augustos, | statuam unam apud Carthaginem sub auro, | alteram quoque Romae eidem